

A tribus præcedentibus habitu ramosiore, magis etiam rigidiori,
foliis lyrato-piunatidis nec auriculatis, valde distincta.

9. **Crepis Deloynei**, Gdgr.

Caule usque ad partem dimidiā inferiorem hirsuto; foliis oblongo-obtusis, basi attenuatis, sessilibus, haud amplexicaulis, parce inciso-piunatidis, villosis, 16-18 mill. latis, pallide virentibus, superioribus subdentatis, lanceolatis.

Hab. in *Gallia occidentali*: ad colles *Pont-Achard* prope *Poitiers* (P. Deloynes).

Præcedenti valde accedere videtur, sed foliis paulo angustioribus, basi minus runcinatis, superioribus præsertim lanceolato-acutis, discedit.

10. **Iris polychroa**, Gdgr.

Caule oblique ascendentē, 5-7 decim. alto, plurifloro (4-5), foliis longiore, basi ut et foliis inferioribus ac radicalibus ex rubro-violaceo tincto; foliis ensiformibus, intense virenti-subglaucescentibus, 22 $\frac{1}{2}$ cent. latis, caulinis mediis falcatis; spathæ sat ventricosæ apiceque attenuatæ, valvis scariosis margine violaceis, apice acutis; pedunculis 3 mill. longis, ovario triplo brevioribus; ovario 9-10 mill. longo quadragulato-rotundato, angulis obtusissimis; tubo perianthi 12 mill. longo, ovario sublongiore, omnino spathâ tecto; segmentis exterioribus deflexis, oblongo-spathulatis, basi paulatim attenuatis, apice late rotundatis, sat emarginatis, margine planis vel supra subrevolutis, pilis aurantiacis; segmentis interioribus erectis, basi valde crispo-undulatis, subitoque contractis, apice late elliptico-oblongis, emarginatis, extus haud venosis, apice livide pallideque violaceo-lutescentibus, basi vero livide luteo-violaceis, intus ad unguem bruneopunctatis; stigmatibus oblongis, livide luteis, $\frac{2}{3}$ sup. segmenta-